

Verordn. vom 10. März 1844. des Königs von Preussen
1844. März. - 1844. März.

Erkünden. In dem Namen des Königs von Preussen, haben wir, der Königin, durch Unseren Minister der geistlichen, akademischen und öffentlichen Angelegenheiten, den Herrn Minister des Innern, die nachfolgenden Verfügungen erlassen:

Erkünden.

Der Minister des Innern, der Herr Minister des Innern, hat die nachfolgenden Verfügungen erlassen:

II.

Verordn. vom 10. März 1844. des Königs von Preussen
1844. März. - 1844. März.

Erkünden. In dem Namen des Königs von Preussen, haben wir, der Königin, durch Unseren Minister der geistlichen, akademischen und öffentlichen Angelegenheiten, den Herrn Minister des Innern, die nachfolgenden Verfügungen erlassen:

Verordn. vom 10. März 1844. des Königs von Preussen
1844. März. - 1844. März.

Erhard

I.

**Protest gegen die Wahl Rainalds von Celano zum Erzbischofe von Capua.
(1199, Sept. — 1200, Jan.)**

Sublato de hoc ergastulo carceris Felicis recordationis archiepiscopo Capuano, aliquot canonici maioris ecclesie de quorundam suffraganorum consensu . . . filium comitis P. in archiepiscopum elegerunt, habentes respectum ad secularem potentiam, qua poterit iura ecclesie pretueri. In veritate quidem scitur et fama publica protestatur, quod nondum ad vicesimum annum pervenit, unde illorum electio debet penitus irritari, presertim cum manifeste sit attentata contra sacrorum canonum sanctionem. Preterea pater et fratres eius arcem usurpare sibi satagunt Capuanam, unde ipsa ecclesia statum amitteret et honorem. Pro ecclesie igitur utilitate sanctitatem vestram precamur devotissime supplicantes, quatinus electionem ipsam penitus irritetis, dantes capitulo et suffraganeis firmiter in mandatis, ut aliquem eligere studeant in pastorem, qui merito vite moribus et scientia in archiepiscopali valeat cathedra residere.

Aus Boncompagnus (f. Bb. I. S. 546) lib. III. tit. 7. § 1. mit der Ueberschrift: De hiis qui rogant pro servando statu ecclesie Capuane. Vgl. oben S. 19.

II.

Päpstliche Delegirte melden, daß sie ihrem Auftrage, die Unterstützung Dipolds gegen den Grafen von Brienne bei Strafe des Bannes zu verbieten, nicht nachkommen können. (c. 1201, Juli.)

Numerosa populi multitudo, que sibi frena verecundie non imponit, nostrum propositum taliter impedivit, quod mandatum apostolicum super facto regni Apulie nequivimus executioni mandare. Nam cum venissemus Neapolim, Capuam et Salernum, sub poena excommunicationis firmiter inhibentes, ne cives ipsi aliquod auxilium Tibuldo preberent et comitem de Breno deberent pro viribus adjuvare, cum gladiis et fustibus in nos plebeia caterva surrexit, a cuius furore vix nos liberavit archiepiscopus Capuanus.

Ebdorther lib. III. tit. 15 § 9. mit dem Rubrum: De multitudine. Vgl. oben S. 40.

III.

Bericht über die Vertheidigung einer von den Grafen Peter von Celano und Jakob von Tricarico belagerten Burg. (1203—1205.)

Comes P. de Celano cum comite Jacobo de Tricarico, sicut toti est Apulie manifestum, post quatuor mensium spacium nos obsedit et licet nobis fregerit castelli antemurale cum machinis ordinatis, tamen in superiori parte nulla ratione timemus. Unde causa nostri vos circa honorem vestrum pactum aliquod facere non oportet, quoniam usque ad biennium victualia sufficerent. Habemus et aquam quantam¹⁾ nobis totus orbis auferre non posset. Nam et baliste nostre de obsidentibus plurimos occiderunt et de nostris non sunt aliqui mortui et paucissimi vulnerati. Insuper in media nocte aliquot de nostris de munitionibus exierunt et omnes obsidentium machinas igne cremantes, non pauca de campo spolia reduxere.

Ebenorthher lib. VI. tit. 3. Vgl. oben S. 61 Num. 2.

¹⁾ quantam fehlt.

IV.

Konrad Bischof von Speier macht dem durch Kriege und Gewaltthaten verarmten Kloster S. Lambrecht eine Schenkung. 1209.

C. dei gracia Spirensis ecclesie episcopus. Universis imperii fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo, qui est vera salus. In huius mundi concupiscentiis humano genere arescente ac magis inania meditante ab eius memoria sepius negligenter labitur, quod scripti munimine minime roboratum relinquitur. Quod nos sane precavere volentes ad memoriam tam presentium quam futurorum pervenire volumus, quod nos inopiam cenobii sancti Lamberti nostre diocesis relevare studentes, cuius monachi et moniales per verrarum turbines et malorum hominum oppressiones ad tantam pervenerant egestatem, ut cogerentur per alia loca misere victualia mendicare, ipsi ecclesiam in Steinwilre, cuius patronatus ad idem cenobium pertinet, tradidimus, de communi consilio capituli Spirensis et archidiaconi favore, in cuius prepositure partibus dicta ecclesia sita est, perpetuo possidendam et iure pastoralis regendam, ita ut nullus abbatum dicti cenobii deinceps opus habeat pro investitura ad archidiaconum recurrere, immo ipse abbas potestatem habeat sacerdoti, quem dicte ecclesie vice sua instituerit, curam conferre et investire, salvo tamen iure katedralis ecclesie, ut videlicet abbas kathedraticum, vicarius vero synodalia exhibeat servicia. Cui utique vicario competens assignabitur stipendium, scilicet decime in Archwilre et omnia remedia preter agrorum cultorum seu incultorum aut vinearum aut pratorum donationes. Ut autem hoc factum zelo pietatis promotum ratum permaneat, presentem paginam scribi et nostro sigillo iussimus insingniri. Quoniam etiam robur maioris dispensationis opus erat accedere, hoc factum petivimus et inpetravimus a sede apostolica privilegio roborari. Acta sunt hec dominice incarnationis m. cc. viii. ¹⁾

presentibus viris discretis Wolframo abbate de Wizinbure, Burkardo abbate de Clingin, Ulrico abbate de Limbure, Ottone preposito, Alberto decano, Friderico cellerario, Berhdoldo de Musbach canonico, Sifrido de Hurningin canonico, Andrea scolastico, Beringero de Entringin canonico maioris ecclesie Spirensis, Câneone capellano et canonico sancte Trinitatis. Ministeriales quoque nostri interfuerunt Albertus camerarius, Anshelmus advocatus, Alhelmus filius suus, Câneonradus dapifer, Eberhardus pincerna, Marquardus marscalcus, Sifridus Hôbit, Meinhardus et Câneonradus fratres de Durinkeim, Dietericus Schellebelliz de Steinwilre, Waltherus advocatus, Johannes et Egeno fratres, Meinboz de Seibinhart et alii quamplures.

Nach dem Original in Heidelberg (Battiana). Von der Befiegelung der Schnurlöcher. — 1) anno fehlt. Ueber das Vorkommen der Abtei am Anfange des 13. Jahrhunderts s. Kemling, Rheinbaiern I, 151.

V.

Bonus, Bischof von Siena, erinnert König Otto IV. an die ihm von Gott erwiesenen Wohlthaten und ermahnt ihn, sich der Kirche dankbar zu zeigen. (1209, Sept.)

Reverentissimo suo domno Octoni dei gratia gloriosissimo Romanorum regi et per virtutem orientis ex alto de inimicis potentissimo triumphatori. Bonus inmeritis Senensis episcopus sinceram fidem, integram devotionem et continuas orationes ad dominum. Refero ei sine cessatione gratias, qui vota humilium respicit atque ad protegendum eos dexteram sue maiestatis extendit, quia magnificavit ipse facere nobiscum et facti sumus letantes. Prefecit enim populo suo virum speciosum forma pre filiis hominum, strenuissimum viribus, vita decorum, ornatum moribus, sanctitate peditum, virtute constantie roboratum, dominum suum Jhesum Christum recognoscentem et sponsam eius ecclesiam sincerissime diligentem, qui prophetice cantare potest: „Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltavit me; non moriar secundum putationem inimicorum meorum, sed vivam et narrabo opera domini et merito, quia eripuit me dominus de inimicis meis fortissimis, qui cogitaverunt iniquitates in corde et contra me constituebant prelia et acuerunt linguas suas sicut serpentes et venenum aspidum erat sub labiis eorum. Dicebant enim, disperdamus eum de terra et non memoretur nomen ipsius amplius, non intendentes quod dicitur: Deposuit potentes de sede et exaltavit humiles, fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.“ Loquar ad dominum meum regem stilo humili et precor ipsum, ut audiat me sibi familiariter colloquentem, non presumentem, sed voto pure devotionis dicentem, non plurali sed singulari affatu. O bone rex, lauda eum, time, dilige eum, qui talem fecit te, ut ipse dignetur pugnare pro te. Tu nempe aliquando exercuisti pugnam tuam et non viciisti; ipse vero, cum pro te pugnavit, armorum fragore deposito hostium colla tue ditioni subiiecit et fecit tibi pacatissimos, quos invenisti, dum patiebatur ille, sevissimos. Redde igitur illi, o bone rex, vota tua;

ascribere illi bona tua et, sicut dicit apostolus: „noli altum sapere, sed time quia dominus humilia respicit et alta a longe cognoscit; tu vis timeri et honorari sponsam tuam.“ Honora sponsam Christi ecclesiam, cui ipse per Salomonem dicit: „Veni in ortum meum, soror mea sponsa; messui mirram meam cum aromatibus meis,“ et item: „Aperi mihi soror mea, proxima mea, columba mea.“ Ubi sunt itaque, qui iam per longa temporum lustra Christi voluerunt ignobilitare sponsam? Appareant, si possunt, et cedimus eis; exhibeant se, si volunt, et sint non pro nobis sed contra nos in pugna victores. Christus est, qui novit imperare ventis et mari, ut sit tranquillitas magna. Inmola igitur ei, o bone rex, sacrificium laudis et redde sibi continuo vota tua, quia Saul ipse, donec voluit esse puer unius anni, victoriosissimus extitit in diademate regni. Recole scriptum esse, quia „nichil deest timentibus dominum et his, qui secundum propositum vocati sunt sancti, omnia cooperantur in bonum.“ Timeo ne forte ista plurima videantur tanto cui loquor fastigio, maxime cum in castris domini vix minimus audeam opinari. Sed indulgebit mihi clementissima benivolentia regie maiestatis, in cuius vertice nichil valet amplius quam humilitas refulgere, recolens illud dominicum: „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde,“ et illud: „In patientia vestra possidebitis animas vestras.“ Lauda ergo Jerusalem dominum, lauda deum tuum Syon, quia confortavit seras portarum tuarum et benedixit filiis in te. Laudabo ergo et ego dominum in vita mea et psallam deo meo quamdiu ivero¹⁾, quia ecce, quod concupivi, iam video, quod desideravi, iam teneo. Namque angelo dei, legato dei, dispensatori dei et moderatori videlicet sapientissimo totius orbis coniunctus, subiectus et copulatus sum, per quem ambulo²⁾ non in tenebris sed in luce, quia habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis et populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. Fulgeat itaque, precor, lux domni mei, cui loquor, super me servum suum, super me devotum suum, super me sincerum amicum suum et in prosperis et adversis constantissimum, et dignetur me tenere abinde, si placuerit, sub fortitudine manus sue utinam toto evo defendendum³⁾ et ad honorem a deo sibi predestinati diadematis preparatum.

Siena, Bibl. publ. Mss. F. I, 8 sec. XII f. 266 mit der Ueberschrift: Epistola B. Senensis episcopi missa regi Octoni. Vgl. Archiv der Gesellschaft. 12, 746. Alles, was auf den Blättern 265–267 aus den Jahren 1186 bis 1229 eingeschrieben ist, scheint ganz gleichzeitig eingetragen, worauf die verschiedenen Hände und die chronologische Folge deuten. Mittheilung Fickers. — ¹⁾ sic. — ²⁾ ambulando. — ³⁾ defendum.

VI.

Innocenz III. empfiehlt ein durch den Krieg zwischen Otto IV. und Friedrich II. verkommenes Kloster S. Maria an eine Gemeinde. (1211.)

Non sine dolore vobis cogimur intimare, quod monasterium Sancte Marie propter guerram, que vertitur inter imperatorem Ottonem et F. regem Sicilie quasi ad nichilum iam devenit. Nunc autem, quia illius ecclesie fratres ad eiusdem monasterii reparationem laborant, idcirco

eorum nuncios universitati vestre duximus attentius commendandos, mo-
nentes in domino et orantes etc.

Aus Boncompagnus lib. V. tit. 10 mit dem Rubrum: Littere que
fiunt pro ecclesiis, que vergunt ad inopiam propter guerram.

VII.

Cremona verhandelt mit Parma um Zugzug. 1212, Juli 23.

a.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo, in-
dictione quintadecima, die lune nono exeunte iulio, in palatio communis
Parme, presentia domini Mathei de Coreze et domini Frugherii de Co-
reze et domini Boverii de Parma et domini Isachi de Balbo et domini
Bernardi de domino Bercino et domini Guilielmi de Dovaria et domini
Ardoini de Comitibus et domini Bozardi de Burgo et domini Guilielmi
de Luvignano testium rogatorum.

Dominus Belengerius Mastagius, tunc temporis consul Cremone,
parabola sociorum suorum et totius consilii, ut dicebat, communis Cre-
mone ivit Parmam et denunciavit et oravit et dixit et precepit, quantum
potuit, nominatim per sacramenta, que erant inter eos, domino Balduino
Vesdomino et domino Alberto de Vernario et domino Pioni de Tebaldis,
tunc temporis consulibus communis Parme et toti consilio Parme, ut
ipsi essent preparati armorum venire in suo auxilio in suo episcopatu et
equorum¹⁾ ad Pizeguitonum vel ad Castrum novum pro suo facto et non
pro alia re et non plus in antea.

Ego Egidius de Ticengo notarius ab imperatore Ottone interfui et
hanc cartam rogatus scripsi.

b.

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo,
indictione quintadecima, die lune nono exeunte iulio, in platea Parme,
presentia domini Alberti Martelli et domini Poncii Amati et domini
Guidoti archidiaconi et domini Guilielmi de Dovaria et domini Ardoini
de Comitibus et domini Bozardi de Burgo et domini Guilielmi de Luvig-
nano et domini Bontempi Vinati testium rogatorum.

Dominus Belengerius Mastagius, tunc temporis consul communis
Cremone, parabola sociorum et totius consilii communis Cremone ivit
Parmam, ut dicebat, et interrogavit et dixit consulibus Parme, ut ipsi
deberent dare concionem ei, et dominus Baldoinus Vesdominus, tunc
temporis consul communis Parme, nolebat ei dare concionem.

Ego Egidius de Ticengo notarius ab imperatore Ottone interfui et
hanc cartam rogatus scripsi.

Abgeschrieben durch Herrn Ippolito Cereda aus dem Municipalarchive von
Cremona A. 74. Vgl. oben S. 322 Anm. 1. — ¹⁾ sic.

VIII.

Cremona fordert von Parma eiligen Zuzug. 1213. Mai

Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo ducentesimo tertiodecimo, indictione prima, die secundo intrante madio, in palatio Parme, in pleno consilio coadhunato ad campanam, in presentia dominorum Rolandi Rubei et Bernardi de Cornazano et Anselmi de Sancto Vitale et Aldegherii de Burgo et Girardi de Montenario et Johannis Gvanoni et Jacobi Scribani et Jacopi de Iudicibus et Moreti de Bella et Riboldi de Piscarolo et Ravarini de Bellottis testium presentium.

Dominus Ubertus de Ghisalba, tunc temporis consul communis Cremone, nomine ipsius communis precepit, [quam] districtius poterat precipere, domino Lambertino, tunc temporis potestati communis Parme, ut incontinenti debeat carrozulum communis Parme extrahere foras et ut debeat cum predicto carrozulo et cum universo populo et cum omnibus militibus et arcatoribus Parme venire in servitio communis Cremone sine mora, et hoc preceptum factum fuit similiter predicto consilio Parme et ita petiit a predicto Lambertino nomine communis Parme et a predicto consilio et precepto.

Ego Campana notarius sacri palatii interfui et hanc cartam iussu suprascripti domini Uberti feci et scripsi.

Ebenorthen C. 76. Vgl. oben S. 415 Ann. 1.

IX.

Kardinal Thomas von Capua empfiehlt Friedrich II. die Unterstützung der in seinem Dienst verarmten Neapolitaner Kirche. (1216–1220.)

Depressam multum et oppressam nimium Neapolitanam ecclesiam, prout possum, excellentie regie recomendo. Ceterum ne credatur, quod pro ea quasi extraneus ad officium intercessionis accedam, noveritis, quod ipsa in minoribus annis me admisit in clericum¹⁾, et in maioribus me elegit in patrem. Unde licet sedes apostolica me, prout domino placuit, retinuerit ad sua servitia, nimio²⁾ ingratitudinis vitio laborarem, si tot beneficiorum immemor in illius afflictione doloris aculeos non sentirem. Nonne in statum miserabilem corruit, qui de uno equo ut dicitur non posset providere pastori?³⁾ Nonne in statum miserabilem corruit, cuius inopia missus nuncius vacuus in vestra cogitur presentia comparere, cum offerre tanto domino modicum timeat et multum non habeat, quod presentet? Sane a nonnullis nota exprobrationis obicitur, quod si bone memorie Anselmus prelatus ipsius non⁴⁾ immensas in Sicilia fecisset expensas et si non in Terra Laboris contra hostes vestros maiora viribus suis assumpsisset negotia, non tot sentiret onera debitorum, non tot ferret⁵⁾ angustias paupertatis. Et quidem sperabatur a pluribus, quod lapse daretur requies et in prosperitate vestra ipsius vel omnino cessaret vel temperaretur adversitas; sed⁶⁾ nunc, ut cum reverentia loquar, manum vestram sentire videtur adversam. Ad cuius ergo convo-

labit auxilium, si eam persequitur dominus? Sub cuius umbra quiescet⁷⁾, si datus protector impugnat? Verum quia vereor, ne quantumcunque devotus in hiis aures vestre⁸⁾ maiestatis offendam, quedam relinquo silentio, ne me notet expressio imprudentem, presertim cum firmiter teneam et nullatenus dubitem, quod ob illius reverentiam, qui fecit vobiscum signum in bonum, qui vos undique per hostes miro modo promovit et qui vobis ex adverso prospera procuravit, piis petitionibus eiusdem ecclesie non negabitur pii⁹⁾ favoris affectum.

1 = Cod. Bern. nr. 69 (f. Forsch. 3. deutsch. Gesch. XV, 374), f. 216.

2 = Cod. Berol. Mss. lat. nr. 188 (f. das. S. 375), f. 121' mit dem Rubrum: Inducitur imperator, ut ecclesiam Neapolitanam multis gravatam iniuriis non molestet.

¹⁾ noveritis — clericum fehlt 1. — ²⁾ immo 1. — ³⁾ Nonne — pastori fehlt 1. — ⁴⁾ non fehlt 1. 2. — ⁵⁾ referret 1. — ⁶⁾ sane 1. — ⁷⁾ quiescit 1. — ⁸⁾ vere 1. — ⁹⁾ regii 1. — Erzbischof Anselm von Neapel starb 1215, Juni 22.; Thomas von Capua erscheint 1216, Jan. 28 — Febr. 18 als d. pape subdiaconus et notarius, Neapolitanus electus, seit 1216. März 7. aber ohne letzteren Titel als s. Marie in Via lata diac. card. Uebrigens sagt Innocenz III. Epist. I, 417 schon 1198, Nov. 13.: Ecclesia Neapol. tanto premitur onere debitorum, quod aliter liberari non poterit, nisi de ipsius possessionibus detrahatur.

X.

Walther von Palear, Bischof von Catania und Kanzler des Königreichs Sicilien, bestätigt die Verleihung der zur Kanzlei gehörigen Kirche S. Peter in Amalfi an die dortigen Cisterzienser. Salerno, 1217, August.

Gualterius de Palearea dei et regia gratia Cathanensis episcopus et regni Sicilie cancellarius. Per hoc presens scriptum notum¹⁾ fieri volumus universis domini regis fidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum nos intendamus ecclesiam sancti Petri ad curtem apud Amalfiam ad cancellariam nostram pertinentem iuxta mandatum regium revocare, frater Stephanus venerabilis prior et quidam de fratribus monasterii sancti Petri de Amalfia, Cisterciensis scilicet ordinis, ad nostram presentiam accedentes²⁾, ostenderunt nobis privilegium regium, quo³⁾ idem dominus noster rex concesserat magistro Petro tituli sancti Marcelli venerabili quondam presbitero cardinali cappellam regiam sancti Petri cum consideratione sui grati servitii, tum⁴⁾ considerata religione domorum, quas in Amalfitana civitate temporibus hiis heresserat⁵⁾ ad usum canonicorum regularium et pauperum hospitalitatem, ut dicitur, videlicet possessiones cum pertinentiis eiusdem cappelle sive in alterius predictarum religiosarum domorum sive in utriusque hutilitatem et possessionem secundum suam convertere voluntatem, sicut in eodem privilegio regio plenius continetur. Verum quia idem dominus cardinalis preoccupatus morte nichil horum, iuxta quod indultum est sibi de collatione regia, potuit ordinasse, nos ad quem dicta cappella iure cancellarie nostre pertinuit, licet in mandatis habemus a regia maiestate omnia, que de rebus cancellarie alienata fuerint, revocare, considerata etiam religione⁶⁾ Cisterciensis ordinis, cui magna devocione tenemur, respectu

autem tenore⁷⁾ privilegii regii, reverenter ad honorem regium et ut deus ei vitam longevam augeat et salutem, ex auctoritate cancellarie nobis commisse dictam ecclesiam sancti Petri ad curtin apud Amalfiam cum omnibus tenimentis pertinentiis et rationibus suis, secundum quod ad cancellariam pertinuit, perpetuo concedimus et⁸⁾ confirmamus memorato monasterio sancti Petri de Amalfia, statuentes firmiter et mandantes, ut idem monasterium eandem ecclesiam sancti Petri de cetero cum omnibus tenimentis et rationibus suis sine contrarietate qualibet pacifice possideat et quiete. Et quia quidam officiales sunt in eadem ecclesia, qui tenent de rebus et tenimentis ecclesie in beneficium, statuimus etiam, ut in⁹⁾ vita eorum eadem beneficia debeant possidere, set in decessu eorum beneficia ipsa, que¹⁰⁾ teneantur a singulis, ad domanium dicti monasterii revocentur nec liceat alicui beneficalium de rebus vel tenimentis ecclesie ipsius, cui¹¹⁾ teneatur in beneficium, alienare, permutare modo quolibet vel testamento legare, quod si fecerint, penitus irritamus. Ad cuius itaque concessionis et confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manus Salvi de Taranto notarii¹²⁾ et nuncii nostri scribi fecimus et sigilli nostri munimine iussimus communiri, anno mense et indictione subscriptis.

Datum in civitate Salerni anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septimo decimo, mense augusti, indictione quinta, nonodecimo scilicet anno regni domini nostri Frederici gloriosissimi Romanorum regis et semper augusti et regis Sicilie et quinto anno regni domini nostri regis Henrici carissimi filii sui, feliciter. Amen.

Aus dem Chartularium Amalf. sec. XV. des Herrn Cav. Camera zu Amalfi abschriftlich durch Dr. Bienemann. Die Daten stimmen bis auf a. 5. Henr. Die angezogene Urfunde Friedrichs II. ist die ungedruckte 1212, März. Reg. 37. — ¹⁾ fehlt. — ²⁾ accederunt. — ³⁾ quod. — ⁴⁾ cum. — ⁵⁾ = erexerat. — ⁶⁾ cons. in religionem. — ⁷⁾ respectare tenore. — ⁸⁾ fehlt. — ⁹⁾ etiam iura vita. — ¹⁰⁾ quod. — ¹¹⁾ qui. — ¹²⁾ notarii fehlt.